

1. Bagge s. M. Ehregott Nic. / diff.  
de Sapientia Christi in Electione,  
institutione atq. missione  
Apostolorum, Jenæ 1752.

2. de Balthasar s. D. Jac. Henr. / diff.  
de Doctrina et Praxi in Pomerania  
Suevica, circa Nuptias prohibitas  
Gryphiswaldie 1752.

3. ——— diff. de temporis plenitudine  
Gryphiswaldie 1750.

4. Bardt s. D. Joh. Fried. / diff. de  
applicatione homiletica, Lipsiæ  
1752.

5. Baumgarten s. D. Sigism. Jac. /  
Vindiciæ vere et realis Corporis et  
Sanguinis Christi in S. Coena presentis  
ab oppugnationibus Benj. Howley Hall  
1749.

4

7 4

4

D E

APPLICATIONE

H O M I L E T I C A

A D

SIGNIFICANDAS

PRAELECTIONES ACADEMICAS

DISSERIT

D. IOANNES FRIDERICVS

B A H R D T

SS. TH. PROF. PVB. EXTR. CONSIST. REGII ASSESSOR

ET AD AEDM ST. PETRI ECCLESIAS. R

D E  
APPLICATIONE  
HOMILITICA

A D  
SIGNIFICANDAS  
TRAECTIONES ACADEMICAS  
DISSERTATIONE  
D. JOHANNES FRIDERICVS  
BAHRT

SS THE TROB. RVB. EXTR. CONSIST. REGII ASSER. FOR  
ET AD AGENEM ET. PRINCI. ECCLESIAE.



§. I.

**D**

iu multumque saepius cogitavi, quid sit, quod uberiores impediatur fructus, a tot tantorumque Oratorum sacrorum, quam larga manu faciunt, semente expectandos? Non feminis obstat *αφθαρευ, λογυς ζωντες Θεε* 1 Petr. I, 23. indoles, fecunda satis gignendarum frugum et multiplicandarum, quibus augendis maturandisque nunquam deesse virtus divina potest. Non seminatum ubique deficit, satorumque et copia et studium, quo semina iactant lectissima, et copiose spargunt. Nec denique telluris vbique bonitas desideratur, agrorumque, qui pertinent ad *γεωργιον Θεε*. 1 Cor. III, 9. fertilitas, facili cultura, ad recipiendam, ingentique foenore reddendam segetem, aptanda. Vnde ergo tot infrondes agri sterilesque, veribus obsiti et dumetis, tot arua deserta? Vnde tanta excrecentis perfidiae, et impietatis, magis magisque indies ingrauescentis, vis et abundantia? Vnde tot gemitus, de poenitendo spiritualis agriculturae colonis labore, fletusque luctuosi *לְרִיק וְיָצְעֵתִי לְתוֹו וְהִבֵּל כְּחֵי כָלִיתִי* frustra laboravi, et inaniter atque in vanum robur meum consumpsi. El. XLIX. 4. *מִי הָאֵמֵן לְשִׁמְעֵתוֹ* quis credidit sermone nostro? C. LIII. 1. Ego quidem acerbissimo animi moerore ea de re grauter subinde excruciatum, anxia saepissime sollicitaque cogitatione rationes hactenus computavi, quibus inualefcenti indies medendum malo periculossimo, animarumque sit consulendum saluti, cuius a nobis exigere Deus rationem decrevit. Scio quidem, nec mediocrem inde percipio mentis consolationem, quod potissimae huius mali causae sint extra nostram positae potestatem, nec adeo nobis possint imputari. Malorum tamen rebus in aduersis originem, non extra nos saltem, prouti solent, qui prava correpti *Φιλαυτια*, semper infantes sibi videntur, sed intra nos potissimum quae-

quaerendam esse arbitror. <sup>1)</sup> Quod si in hac quoque causa obseruarent omnes, quibus curae cordique esse salus debet animarum, facile, quanta nos urgeat necessitas, intelligerent, ut non vitam saltem moreisque ex sacrorum ratione formemus; *ἀξίως* ambulantes Euangelio Christi, *εχόντες το μυστηριον της πίστεως εν καρδια σουειδηται* 1 Tim. III, 9. sed in obeundo quoque sanctissimo munere, componendis praecipue *προς οικοδομην* orationibus sacris, omnem impendamus operam.

## §. II.

Legant, qui quantum in hac sacri muneris parte, fere principali peccetur, forte ignorauerint, scripta legant eorum, qui *vitia homiletica*, grauissimorum scaturiginem malorum, asperioribus, quae merentur, verbis subinde perstrinxerunt. <sup>2)</sup> Animus non est, his immorari vel recensendis, vel debita reprehendendis indignatione. Multum quidem his noceri fateor rei christianae, et experientia testatur, quantum obsint incremento ciuitatis Christi, in irreparabile animarum dispendium, iniqui insulsi que *mysteriorum Dei dispensatores*, quos modo laudatus MEENIVS l. c. p. 77. *Methodistarum, Concordantianorum, Meteoristarum, et Paraeneticorum* nomine, grauiter increpauit. Insigne potius aliquod, et maxime noxium, non tam obiurgare vitium, quam emendationem eius tentare, pro viribus decreui, *vitium* inquam, vel *prorsus neglectae, vel peruersae* tamen et *iniquae applica-*

- 1) v. S. V. LAVR. MOSHEMII *Sitten-Lehre heiliger Schrift* P. I. cap. II. von den Ursachen wodurch der Mensch im Stande des Verderbens unterhalten wird, vbi praecipuas huius mali causas uberius exposuit, iisque merito annumerauit §. XIII. Die schlechte Unterweisung der Er wachsenen in Predigten, quae summa ab omnibus legi merentur attentione, aequae ac quae momentur in THEOPH. Großgebauers *Wächter-Stimme an das verwüstete Zion*.
- 2) v. S. V. MOSHEMII saluberrima de his emendandis monita l. c. p. 455. cui adiungo IOH. MATH. CAPPELMANNI *Beyträge zur Beredsamkeit der geistlichen Redner*, vbi praeter B. HALLBAVERI praefationem praemissam eius libro, *Blugheit erbaulich zu predigen de Pedantissimo homiletico*, quae extat P. II, p. 203. quam plures Theologorum expositas legimus sententias, de oratorum vitis censorias, in quibus merito castigandis, lima haud iusto mordacius vti mihi videtur S. V. HEINR. MEENIVS *Tr. der Charakter eines pedantischen Gottes-Gelehrten*, Sect. III. p. 62. seqq. Nec his pepercit acriter subinde reprehendendis PET. ROQVIVS, libro non satis commendando ecclesiae ministris. Gestalt eines evangelischen Lehrers, aequae minus ac IOH. PLACETTE lib. *Unterweisung zu predigen* ex edit. a M. RANFTIO curata, multisque aucta ornataque annotationibus Lipsi. 1737.

*applicationis.* 3) Quod quo magis incognitum esse, quam plurimis mihi videretur, et Oratoriae sacrae scriptores fere intactum plerumque reliquerunt; Quo grauiora parit, promouendae animarum saluti impedimenta; Eo maiori cura et sollicitudine, de eius cogitandum esse medela, arbitror.

### §. III.

*Applicationem* hic intelligimus, non *partialem*, qua quibusdam sermonis sacri partibus, practicae subinde meditationes utiliter admiscuntur, sed *totalem*, quae est *sedula auditorum institutio, de debito pertractati thematis totius usu, ad veram et salutarem mentis vitaeque emendationem.* Omnes in eo consentiunt, quotquot eloquentiae sacrae dederunt praecipua, *partem* eam esse sermonis, ad animarum salutem componendi, vel maxime *principalem*, in qua solidissime elaboranda, summoque pronuntianda affectu, omnis oratorum dicendi vis adhibenda est et efficacia, prout bene monuit B. LOESCHERVS: *Vsus prolixiores sint, maioriq[ue] studio elaborentur, quam a multis fieri solet. Brev. Homil. p. 151. Omnis* 4) enim Scriptura Θεοπνευστος, data ad επιγνωσιν της αληθειας, της κατ'ευσεβειας, cum sit ωφελιμος προς διδασκαλιαν, προς ελεγχον, προς επανορθωσιν, προς παιδειαν την εν δικαιοσυνη 2 Tim. III, 16. eius quo-

A 3

- 3) Plurima quidem et notatu dignissima applicationis vitia designavit B. IOH. IAC. RAMBACHIVS Erläuterung über die praecipua Homilet. Cap. VI. §. 11. vbi tamen hoc, de quo nobis sermo erit, non ita speciatim pertractatur.
- 4) Putat quidem B. HALBAVERVS Klugheit erbaulich zu predigen. p. 460. *πασαν γραφην non distributive sumendam, quali omnes eius partes eiusmodi gaudeant utilitate, sed collectivae saltem, de tota Scriptura coniunctim sumra; At nullum esse vel rextum, vel thema Scripturae existimaverim, quod varia sua se non mirifice commendet utilitate; et nisi per omnia 5. genera, per pleraque tamen, facile admittat variationem. Quare verba, eius, aequae ac B. QVNSTEDII Syst. Th. P. I. p. 105. idem sentientis: quod non *singulae partes* Scripturae *seorsim in se*, hominem sapientem reddere ad salutem, nec *singulae seorsim*, quadruplicem illam utilitatem cum sine annexo praestare possint, ita mihi intelligenda videntur, ut cuique tamen scripturae parti, suae reliquantur utilitates, ad finem istum homini conciliandum, prout B. CALOVIVS distincte suam ea de re mentem interpretatur: *ad totam Scripturam, omnesque eius partes, spectat το ωφελιμον, sed diversa ratione. Vfus enim illi, qui enumerantur, tum totius Scripturae sunt, tum certa ratione etiam partium Scripturae. Omnes coniunctim, totius sunt Scripturae; partium Scripturae autem ita, ut nulla sit earum, quae non ad aliquem, aut aliquos horum usus faciat et conducatur. Bibl. Illustr. ad. h. 1.**

que ita commonstranda est auditoribus utilitas, ut quaecunque ex Scripturis proposita veritas, in salutarem animarum usum vere conuertatur. Quod quo magis est necessarium, ad finem orationis sacrae feliciter obtinendum; eo magis a iusto aberrare scopo, adeoque inconsulte, non dicam insipienter agere eos intelligimus, qui docte quidem, solideque et ornate factis dicendi copia, vel aures demulcent των κνηθόμενων την ακοήν 2 Tim. IV, 3. vel saltem intellectus sciendi cupiditatem exsantiant, nulla tamen habita mentis, ad fidem pietatemque formandae, ratione, vel penitus debitam omitunt *applicationem*, vel in fine orationis, <sup>5)</sup> paucis saltem atque obiter eam attingunt, temporis interclusi angustia.

## §. IV.

Applicatione itaque, cum in usus auditorum omne vertendum sit orationis sacrae argumentum, in eo res omnis vertitur, ut quomodo instituenda ea sit, accuratae definiamus. In eo autem, quamvis mirum in modum secum inuicem dissentire, artis homilericæ scriptores videantur, omnes tamen, ad *quinque* quos dicunt *usus*, omnia reuocanda esse consentiunt. Nec diffiteor, totum in his firmum esse applicationis negotium; dummo-

- 5) Bene quidem HALBAVERVS, PLACETTE, BAUMGARTENIVS alii- que monuerunt, quod ipsi statim *tractationi*, conuenientius quandoque et utilius adiungi possit *applicatio*, nunquam sane perfunctorie et festinanter, atque praecipitato peragenda consilio, quando moram iam fastidians auditorum impatentia, finem accelerare iubet. At saepius tamen argumenti pertractandi, haud commode abruptenda series, vel veritatis applicandae veritas, vel prouidens aliud suadet consilium, ut ad *Epilogum* referretur *applicatio*, ipsamque *conclusionem*; Quae, cum summam potentis et efficacissimi eloquii virtutem requirat, huic est conuenientissima negotio. In eoque veterum quodammodo imitanda, quae dicitur *peroratio*, cuius CIC. L. I. de inuentione tres partes constituit 1. *enumerationem* vel *repetitionem* primarii argumenti, quam *cumulum* alii dixerunt 2. *indignationem*, quae est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur 3. *conquestionem*, quae est oratio, auditorum misericordiam captans. Ita QVINTIL. C. 6. perorationis, quam *cumulum* quidam, *conclusionem* alii vocant, duplex, inquit, ratio est posita, aut in *rebus* aut in *affectionibus*. Rerum instituendam esse dicit *repetitionem* et *congregationem*, quae graece dicitur ανακεφαλαιωσις, a Latinis *enumeratio*, qua tota simul causa ponitur ante oculos. Quae autem enumeranda videntur, cum pondere aliquo dicenda esse monet, et aptis excitanda sententiis, et figuris utique varianda: Quae omnia, si recte adhibeantur, in hac quoque, quam nos vrgemus applicatione, aliquam habere possunt utilitatem.



dummodo recte sapienterque adhibeantur, nec omnes ubique, nec eodem semper, quo recensei plerumque solent, ordine, sed prout diuersa quemque requirit animarum conditio. Ad hanc potissimum omnem accommodandum esse usum, cuiuscunque argumenti, vel *theoretici*, vel *practici*, bene monuerunt HALLBAVERVS, BAUMGARTENIVS, ROQVIVS alii: Quod nisi obseruaueris, omnes plerumque *usus sine usu* erunt, et *practicae* omnes, quas fecunda quaeque Scr. veritas suppeditat, *conclusiones*, sua tamen destituentur *praxi*. RAMBACHIVS, praecipue, in addita praecipit homileticis elucidatione c. VI. saluberrima simul monita tradidit, variasque cautelas, in singulis *applicandi generibus* probe obseruandas. Auditores autem, quorum ad *emendationem spiritualem* omnis tendit applicatio, ad *duas* commode *classes* possunt referri: quas ipse Paulus constituit I Cor. II, 14. 15. Alii sunt *ψυχικοί* homines *naturales*, vel solis freti naturae viribus, vel adiuti quoque gratia Spiritus sancti *praeueniente* saltem et *praeparante*, ad huc tamen *νεκροί οντες τοις παρρητιωματι* et *απηλλοτριωμένοι της ζωης τς Θεσ* Ephes. II, 5. C. IV, 18. alii *πνευματικοί* *spirituales* *συνωποισιζόμενοι τω χριστῳ*, et *κτισθέντες εν χριστῳ* *Ιησῳ* *επι εργασις αγαθῶν*, gratiae Spiritus Sancti *inhabitantis* instructi viribus. Ad vtriusque ergo mentis conditionem, omnis potissimum ita attemperanda est applicatio, vt in omnium vsus veritates vertantur propositae, omnesque ad *praxin* earum perueniant salutarem. Quod cum fieri nunquam recte possit, extra *salutis ordinem*, diuinitus nobis praescriptum, manca omnino atque mutila merito dicenda omnis erit oratio, qua siue fidei quaedam dogmata, siue morum praecipua vel explicantur saltem, vel argumentis confirmantur, vel ab obiectionibus vindicantur, sine debita *eorum ad salutis ordinem* <sup>6)</sup> *applicatione*, qua in alijs *accendere* fidem in Christum

- 6) Consentientes ea in re habeo summi nominis Theologos, ex quibus nominare sufficiat RAMBACHIVM praecipit. homil. LANGIVM orat. fac. BAUMGARTEN: Anweisung zum erbäulichen predigen ubi Sect. V. §. 42. expresse urget salutis ordinem, monetque: Da alle Menschen von Natur zur Leistung der christlichen Pflichten untüchtig sind, so erbietet daraus, daß die Übung der Buße und des Glaubens, obgleich nicht allemahl auf einerley Art eingeschärft, doch so mit andern Wahrheiten iederszeit verknüpfte werden müsse, daß die Ausübung einzelner Obliegenheiten dadurch möglich werde. Ex IOACH. OPORINI praecipit. homil. §. X, sequentia, quae huc pertinent. allegauit CAPPELMANNVS: Vergleichen eitles Blendwerk der Verheerung des ewelichen Wortrags auf der Cangel, findet sich auch, wenn man ohne ewelliche Application der erklärten götlichen Wahrheiten auß Leben, und zwar in Ordnung der grossen oder täglich

Buße

Christum salutarem, in aliis corroborare et augere, summa animi contentione et perspicacia, sacri studeant necesse est Oratores. Eaque demum vera mihi esse videtur, quam Paulus vrget 2 Tim. II, 15. *εὐδοκίαν* 7) verbi veritatis.

## §. V.

Praecipuum, quod ordinem salutis constituit caput, fides est, specialis illa in Christum fides, vnicum quem habemus, Deum inter et homines, mediatorem. *Summam enim christianae Religionis, et veluti centrum, in eo consistere, vt Christum vera fide recipiamus, et hac ratione cum Deo reconciliati, peccatorum consequamur veniam, Scr. passim testatur.* Ioh. III, 16. Marc. XVI, 16. Luc. XXIV, 46. 47. Act. IV, 12. 2 Cor. V, 19. inquit BVDD. Instit. Th. Dogm. L. I, c. 1. §. XXX, ex eoque principio nexum monstrat arctissimum, inter vtrumque salutis nostrae fundamentum, substantiale et dogmaticum, ex quo Articuli fidei fundamentales cognosci possunt, et dignosci. Ad hunc scopum, omnis in vniuersum tendit oeconomia gratiae diuinae, sub vtroque Testamento, omne Dei, de salutis nostrae et recuperatione, et dispensatione, consilium, omnisque eius

Basse nur bloß moralisirt. Wir haben in unsrer Kirche den reinen Grund der christlichen Moral, ich meyne die Lehre vom Glauben und der Rechtfertigung. Michin besitzen wir die Wahrheiten die unsern Vortrag erwecklich machen können. Daher billigen wir nicht den gesetzlichen Vortrag einiger Ausländer, der darzu dient den rohen Sünder aufzuwecken = das bloße moralisiren führet zum Pelagianisum, zu dem wir ohne dem geneigt sind = Moral ohne Seyls-Ordnung setzet Leute zum voraus, die noch im Stande der Unschuld leben. v. Beiträge, zur Beredsamkeit p. 149. seqq.

- 7) v. S. V. SALOM. DEYLINGII Obseru. Sacr. P. IV. Exercit. III. de *ορθοδομια τῆς λόγῆς τῆς ἀληθείας*, vbi maxime mihi arridet exposita p. 623. vocis *ορθοδομια* *εμφασις*, a fido desumpta et prudente patre familias, qui secando filiis panem ac cibos distribuit, et habita aetatis ratione, infantibus propter faucium angustias, et ventriculi debilitatem, perexiguos bolos, ac partem teneriorem; adultioribus autem maiora frustra, ac solidiorem cibum porrigit; cuius denique *πλάτος*, siue significationis ambitum, uberius explicando, p. 638. inter alia monet Vir S. V. verbum diuinum ad auditorum vtilitatem ita *accommodandum* esse et *applicandum*, vt ignari erudiantur, contradicentes coarguantur, ignaui ad pietatis studium exstimulentur, infirmiores confirmentur et excitentur atque afflicti solatio resciantur. Adeoque *ορθοδομια* est debita verbi dispensatio, et eiusmodi doctrinae cuiusuis ad statum animarum *applicatio*, vt sit omnium vsibus apta, piorum pariter ac impiorum, ut verbi veritatis rectam quasi viam aperiamus, qua incedere auditores debent, vt saluentur. v. SVICERI Thes. Eccles. T. II. p. 507.

in Scriptura Veteris et Novi Testamenti reuelatio, vt credamus Iesum esse Christum filium Dei, et fide habeamus vitam in nomine eius. Ioh. XX, 31. vt sapientes reddamur eis σωτηριαν δια πιστεως της εν Χριστω Ιησυ 2 Tim. III, 15. Ad hoc ergo quasi centrum totius Theologiae, a quo omnes lineae ad circumferentiam ductae, sunt inter se aequales, in quo congregantur omnes, et confluunt in vnum, omnes redeant necesse est veritates diuinitus reuelatae, omnes ad fidem in Christum referantur, qua sine nunquam recte creditur, nunquam recte viuitur. Quare id praecipue grauissimo sane consilio, data quacunq[ue] occasione ab oratore sacro urget B. LVTHERVS: Besonders soll ein guter Prediger den Leuten anders nichts fürtragen, denn allein Christum, daß man ihn lerne erkennen, was er sey und gebe: Das pflegt eben der Evangelist Johannes immer zu schreiben und zu treiben, daß alle unsre Lehre und Glaube soll auf Christum gehn, und allein an dieser einigen Person hängen, und daß wir, alle Kunst und Weisheit bey Seite gethan, schlechts nichts wissen sollen, denn, wie Paulus 1 Cor. I, 23. c. II, 2. sagt, den gekreuzigten Christum. \*) In eo itaque principalis oratoris sacri, posita

8) v. praecepta B. LVTHERI homiletica, ex scriptis eius collecta a S. V. IOH. GEOR. WALCHIO in der Sammlung Kleiner Schriften von der Gottgefälligen Art zu predigen vbi hoc B. V. monitum extat p. 3. 4. quocum amice consentiant Aug. Herrmann Franckens Sendschreiben vom erbaulichen predigen p. 49. sqq. qui eandem urget methodum Apostol. recte annuntiandi gratiam Christi virtutemque salutarem, de qua bene monet: Hierzu gehöret an Seiten des Lehrers der gern eine iede Predigt zu diesen Zwecken richten will, ein gar großer Ernst, daß es ihm um nichts anders zu thun sey, als daß er seine Zuhörer zu Christo bringe; desgleichen auch die Weisheit, in einer ieden Predigt so viel zu sagen, daß ein ieglicher Zuhörer, wenn er gleich weiter keine Predigt von ihm hörte, doch zum wenigsten auf die rechte Spur gebracht werde, der er nur folgen dürffte, um in Grunde geändert, ein rechter Christ, und ewig selig zu werden. Um solchen gödtlichen Ernst, und um solche wahre Weisheit, die Ordnung des Heyls in ieglicher Predigt recht zu beobachten, und in die Gemüther zu pflanzen, hat ein ieglicher Lehrer grosse Ursache, Gott ohn unterlaß in seinem Gebete anzusehen, porro IOH. ERANCISCI BVDDEI erbauliche Gedanken von Predigten p. 65. sqq. 72. sqq. IOH. GEOR. FRITHI Gedanken von erbaulichen Predigten p. 95. IOACH. LANGII academische Abhandlung von erbaulichen Predigten p. 150. ipse denique auctor huius collectionis D. IOH. GEORG. WALCHIVS in der Abhandlung von dem verderbten und gesunden Geschmack in Ansehung der Predigten p. 238. sqq. conf. QVNSTEDII D. de praecepto Scripturae Sacrae scopo Iesu Christo.

sita esse dicendi virtus debet et efficacia, vt in omni oratione το α et ω sit Christus, vt παντι τροπω eum annuntiemus Phil. I, 18. vt τα τε χριστ̄ saltem quaeramus c. II, 21. vt Christum publice pronuntiemus praeconum more, quod est κηρυσσειν χριστον εσαυρωμενον, λογον τε σωζε, κωριαν τοις μεν αποκλυμενοις, κωριαν τε κηρυγματος ad saluandos credentes 1 Cor. I, 18. 21. 23. καταγγελλειν το μαρτυριον τε Θεου, λαλειν σοφιαν Θεου εν μυστηρω. c. II, 1. 7. Quod quam sit necessarium, plerique omnes intelligunt quidem et fatentur ecclesiae ministri vere euangelici; at qua fieri debeat ratione, pauci pro dolor! recte satis norunt, rarissime in orationibus sacris debita obseruant opera et circumspectione.

## §. VI.

Nulla sane, vel minima carpendi aliorum et reprehendendi pro re christiana labores, cupiditate excitatus, vel innouandi pruritu, ea scribo, sed integerrimo accensus et urgente, meque aliosque saluandi desiderio. Grauissimis, Deum testor, agitatus tentationibus, diu multumque saepius cogitauī, de eiusmodi *methodo*, orationes sacras formandi, vere *euangelica*, cuius *communis* sit, et *perpetuus*, ad quem omnia tendant *scopus*, illic *salutis humanae recuperator Christus*; quem ipsum *αρχηγοιμενα* nostrum humillima atque supplici imploraui obsecratione, ab eoque, vt *Spiritu veritatis suos* ea de re instruat, indefinenter cfflagitauī. In eoque studio, vt quotquot Christi profitentur doctrinam, mecum omnes εν ενδοχησει πνευματος sociati, vnitis strenuo laborent viribus, ex intimis precor animi medullis. Ex publicis enim, quae extant, orationum sacrarum documentis, non sine summa animi aegritudine intellexi, quantum plures proh dolor! quam credideris praecones Christi, in consueta haecenus plerumque publice dicendi *methodo*, a genuina Euangelii eius indole deflectere coeperint. Alios enim *Dogmaticos* dixeris, qui explicando, distinguendo, docendo, demonstrando, disputandoque, *fidem dogmaticam* quidem siue *obiectiuam*, conseruare integram et propagare, laudabili student opera, *saluificam* autem in Christum *fidem*, δι *αγαπητης ενεργημενης*, adeoque *ordinem salutis* penitus fere negligunt, in integris vix nominato quidem Christo sermonibus, ita ut ille fidei nostrae *αρχηγος*, nihil profus, cum fidei, ad quam omnes tendunt articulis, commercii habere videatur. Alios *Moralistas* dixeris, qui virtutum praestantiam, vitiolorumque turpitudinem, viuis quasi delineando coloribus, mentes auditorum ad strenuam pietatis studium validissimis indefinenter sollicitant argumentis; ita tamen, vt neglecto plerumque *salutis ordine* Christo-

Christoque ex morum doctrina quasi relegato, aedificium *sine fundamento* extruere velle, *mortuosque* excitare, ad edendas *vitae spiritualis* actiones, videantur. Cordatiores quoscunque testor Theologos, quid sentiant de eiusmodi sermonibus, vel *dogmaticis* vel *moralibus*, quibus vix nomen *fidei salutaris* eiusque *αεχρησ και τελειωτα* audimus? Quales ab his expectare fructus possint Euangelio dignos? Qualem demum, sin ita *exulare Christum* ex sermonibus nostris patiamur, arctissimumque, quo *fundamentum* cum *ordine salutis* cohaeret, nexum tollere pergamus, qualem demum futuram esse ecclesiae faciem arbitrentur? Me quidem, ingenue fateor timidae moerorem mentis, hoc grauiter angit sollicitaque malum, quod non sensim irrepere, sed vi potius, celerrimoque imperu, admodum mihi inualescere videtur, portamque aperire vel *Indifferentismo* vel *Pelagianismo*, vel *Pharisaismo*, ipsique denique *Naturalismo*.<sup>9)</sup>

B 2

Eo

- 9) Testes sententiae meae excitabo plures, praeter iam allegatos nota antecedente Theol., quos inter primo loco nominandus mihi videtur S. V. D. IOAN. FRIDER. STEIN Senatus Eccles. Baden-Durlac. Consiliar. cuius in CAPELMANNI Beyträgen zur Beredsamkeit der geistlichen Redner p. 806. sq. extat Abhandlung 1. von den Haupt-Theilen einer geistlichen Rede? 2. Die Frage: Ob die Weltweisheit auf der Kanzel gebraucht werden dürffe? 3. Das hauptsächlich Jesus und sein Verdienst solle geprediget werden. Huic adiungo concionatoris aulici Wernigerod. SAM. LAVII Beweis, daß das Evangelium nach allen seinen Verheissungen und Gnaden-Schätzen, so gut man kan und weiß, vor allen andern Lehren verkündigt werden soll. v. Sammlung auserlesener Materien zum Ban des Reichs Gottes zrite Beytrag. Nec satis commendare possum IOH. IENNINGII Presbyt. Eccles. Anglic. Vorstellung an junge Prediger, wie nöthig es sey Christum zu predigen, und auf was Art solches geschehen soll, cuius tractatus extat in supra laudato libro PLACETTE Anweisung zu predigen ex edit. M. RANFTII, vbi saluberrima ea de re leguntur monita. Digna mihi praecipue videntur quae transcribamus verba D. ISAACI WATTS in Praefat. ad modo nominati IOH. IENNINGII two discourses: The first of Preaching Christ; The second of Particular and experimental Preaching. Man hat zu iederzeit gar genau bemerckt, daß wo unter einem Volcke, in den Predigen, des Herrn Christi allzuwenig gedacht wird, dieses zum Anwachs der gottlosen Meynung, daß alle Religionen in der Welt gleich gut wären, oder wohl gar zur Verleugnung Gottes, eine betrübte Gelegenheit gegeben hat. Denn wenn Leute viele Jahre hinter einander ihren Lehrern zugehört, und doch in ihren Predigten so wenig von Christo vernommen, so sind sie auf diese gottlose Meynung verfallen: ein Mensch könne auch ohne dem Christenthume wohl ein guter

Eo fortius itaque et audentius ei obuiam eundum esse arbitror; idque quidem ita fieri posse ac debere quam commodissime mihi videtur: ut omnem orationum sacrarum *applicationem*, ad vnicum hunc perpetuumque dirigamus scopum, *fidem* nimirum in Christum *saluificam*, quocunque, quod exponitur themate, vel excitandam, vel exercitandam studio virtutis, augendamque. Quod si enim *dogmaticas*, sine ea *ad fidem* in Christum *applicatione*, proponamus veritates, vereor sane, ne in vana sua, de fide *mere historica*, quam pro *salutari* plerumque habere solent, opinione, ita facile confirmentur auditores, nudoque quem, fidei dogmatibus praebent, *assensu delusi*, vere fideles se esse credant, iactitentque Christi sectatores. Si vero *practicas* ex his eliciamus *conclusiones*, vel *morum* doceamus *praecepta*, neglecta hac *applicatione*, semper tamen erit metuendum, ne vel nuda contenti morum honestate, *εχοντες μορφωτην ευσεβειας, την δε δυναμιν αυτης ηγημενοι*, in *υποκεισιν* prolabantur *pharisaicam*, vel excitatae agitati conscientiae motibus, in mentis vitaeque emendatione, *extra ordinem salutis* frustra laborantes, contra legem Dei ira exacerbati demum exardescant, omnemque impossibilem prorsus esse arbitrentur morum doctrinam.

## §. VII.

Periculum feci, contumeliosius et criminationibus, iniquissimorum iam fatis assuetus censorum, et quarumcunque patiens iniuriarum, ea publice coram

guter Mensch seyn, und ganz sicher in den Himmel kommen. Aus welchen Grunde solglich der schändliche Wahn erwachsen, ohngeachtet sie mitten in einem Lande wohnen, wo das Evangelium bekennet wird, so sey es doch eben nicht nöthig, daß sie Christen würden = Weiter laßt uns bedencken, wie wenig wir bisher an den Seelen der Menschen ausgerichtet haben = Es ist demnach ja wohl werth, daß wir untersuchen, ob nicht der Mangel dem zuzuschreiben sey: daß Christus aus unsern Predigten so gar ausgeschlossen wird? Mit welchen Rechte können wir denn die Gegenwart und den Einfluß des Geistes Christi erwarten, wenn wir seine Person, seine Aemter, seine Gnade und sein Evangelium aus unsern Predigten entweder ganz verbannen, oder von diesen herrlichen Sachen, davon wir doch täglich denken und reden sollten, nur obenhin und ohngefahr einige Meldung thun. v. Sammlung zum Bau des Reichs Gottes P. 31. et de *methodo ISAACI WATTS* vere *euangelica*, laudes, in praefationibus ad eius sermones ex anglicano idiomate in german. traductos a IOH. GEORHARD PFEILIO D. *Isaac Watts Reden über allerhand Glaubens-Lehren und Lebens-Pflichten* 3 Theile.

coram ecclesiae facie, intrepido profiteri animo, quae multis recte sentientium, piis saltem atque clandestinis votis et suspiriis, optanda magis, quam expectanda videntur. Quam plures etenim ab eiusmodi applicatione deterreri scio, eo quod *Herrenbuthianismi* sibi contrahere verentur suspicionem. At quantum sit eorum inter, nostramque sententiam discrimen, prudens quisque et a partium studio alienus, facile intelligit. Grauiissimos tacebo, sectae huius pestiferae errores, a S. V. Wittenb. Antistite D. CARL GOTTL. HOFFMANNO, aliisque vberius et expositos et profligatos, a quibus alienissimam meam esse mentem, alia quacunque fatis declaravi occasione. Id saltem monebo, *Zinzendorffianam*, quae dicitur *Vulnerum Theologiam*, doctrinam saltem depraedicandam vrgere, de Christo, eoque quidem in *statu exinanitionis* constituto, de quo indigna saepius et ridicula, vel profus infana, ad aurium vsque offensionem effutiant infulli homines, fanaticata capti dementia. Nos autem, non totam saltem *χριστολογία*, tanquam primum orationis sacrae argumentum vrgemus, sed omnes in vniuersum proponendas esse arbitramur, veritates diuinitus reuelatas, ita tamen, vt debita earum omnium applicatio, semper ad veram in Christum fidem redeat, ordinemque salutis. Idque quidem eo sollicitius nobis obseruandum videtur, quo magis detestanda illa et noxia ecclesiae secta, vires fumere coepit, et nostrates, quod ab Evangelio Christi fecerint secessum, turpi prosequitur opprobrio. Negligentiam autem, torporem, et somnolentiam ecclesiae Doctorum, cum Deum plerumque sectarum et errantium excitare turbis solet; idem quodammodo de *Herrenbuthianis* sentiendum mihi videtur, quod de *Methodistis* <sup>10)</sup> in Anglia alii iudicarunt: eorum nimirum, quamvis variis contaminata erroribus doctrina, quam caput eorum IOH. WESLEY publice proficitur, segniores in depraedicanda Euangelii gratia, et tepidiores excitare Deum, hoc quasi calcari voluisse, ad eam maiori, quam visitatum haecienus et consuetum fuit, assiduitate proponendam.

B 3

§. VIII

10. v. praeter *Acta Histor. eccles. Bibliothecae Britannicae* T. XIII. XIV. XVI. XXII. - - - M. GEORGE WILH. ALBERTI *Brieffe betreffend den allerneuesten Zustand der Religion und der Wissenschaften in Groß-Britannien* 1 Th. Hannov. 1752. p. 107. sqq. vbi varia de his iudicia p. 110. III. eorumque doctrinae expositionem legimus p. 156. sqq. nec non dissentium ab *Herrenbuth.* p. 147. quibuscum aliis per omnia sentire videntur.

## §. VIII.

Mei equidem hic non patitur insisti ratio, ipsam vberius exponere *methodum*, qua eiusmodi ad fidem in Christum, vnicum verae pietatis et salutis aeternae fundamentum, institui possit ac debeat applicatio. Sufficit, euidæ eius *necessitate*, generatim saltem, de eius in praxi *possibilitate*, quaedam monere, ad remouendas, quae aliis forte obstare videntur, difficultates. Principii loco ponamus, quod nemo sanus in dubium vocare poterit: media ad finem impetrandum, diuinitus ordinata, ad obtinendum eum semper accommodata esse et sufficientia. Finis autem totius Scripturae Sacrae, eiusque praeconii, communis est, *institutio hominum ad salutem, per fidem in nomine Iesu*. Deus itaque sapientissimus, fallere nescius et falli, cum ad saluandos homines per fidem in Christum, omnia reuelauerit, et dogmata fidei, et morum praecepta, sequitur, vt quaecunq; veritates, diuinitus reuelatae, huic sint conuenientissimae fini, omnesque suam habeant ad hunc finem relationem. Quam, si debita quis intellexerit perspicacia, rationem sane, qua cuiuscunq; veritatis institui debeat applicatio, facile animaduertet. Eoque ipso, praecipua iam mihi superata videtur, huius negotii difficultas. Ita enim nihil quidquam erit metuendum, vt reiterata perpetuo consueti applicatione, eiusque forte pertaesi, remissius audiendo, nec attendant auditores, nec moueantur. Verum quidem est, fateor, taedio facile miseros enecari auditores, si copia destituti, et *varietate dicendi, κοινωτος* i. e. cuculi in morem, eadem identidem semper occinamus. Est sane *ταυτολογια* peior, *ομοιογια*, quae nulla *varietatis gratia* leuat taedium, estque tota coloris vnus. Quis enim est auribus vsque adeo patientibus, vt vel paulisper ferat orationem vbique sui similem? *Gaudet ipsa natura vel in primis varietate*, inquit ERASMVS de vtraque verborum ac rerum copia, et sicut oculi diuersarum adspectu rerum, magis detinentur; ita semper animus circumspicit, in quod se, veluti nouum, intendat. Cui si cuncta sui similia occurrant vndique, taedio protinus auertitur. Atque ita perit totus simul orationis fructus. Hoc autem tantum malum facile vitabit, cui promptum erit; sententiam eandem in plures formas vertere; idque quidem in hac nostra applicatione eo commodius fieri posse mihi videtur, quo magis diuersa orationis, quae tractamus, argumenta, gratam simul applicationi conciliare possunt varietatem. Semper quidem in omni sermone, vnus eius



eius idemque est *scopus*, *fides* in Christum *vera*, vel accendenda, vel augenda; quo in negotio, semper et ubique reiterando, ne languescamus, Pauli reuocamur exemplo, dicentis: *τα αυτα γεγραφεν υμιν, εμοι μεν εν σκηνην, υμιν δε ασφαλεις* Phil. III, 1. Media tamen, quibus ad hunc contendimus finem, diuersae nimirum, quae sunt applicandae veritates, nouam semper huic applicationi quasi formam induunt, adeo, vt idem quamuis crebrius nobis sit dicendum, nunquam tamen ubique sui similis sit oratio, quae, si eidem sententiae colores alios, aliosque vultus dare didiceris, admirabili quodam *varietatis artificio* semper sese commendabit. Idque eo facilius impetrabunt, quicumque *tractationis* quae dicitur *applicatoriae*, bene experti, ipsam cuiusuis argumenti expositionem et elaborationem, ita statim accomodare norint ad animarum statum, vt piis aequae ac impiis, quod cuique debet, dispensetur, omnia semper ad fidem referantur in Christum, eiusque in studio bonorum operum exercitationem; quod saluberrimum merito *applicationis artificium* dixeris. Quod quomodo institui possit, et reliqua quae huc pertinent monita, vberius prosequar, in *Oratoriae sacrae praeceptis*, quae futuris, si Deus voluerit, nundinis sunt proditura.

## §. IX.

Praelectioniones interea nuntiabo academias, quae huic scriptioni occasionem dederunt, eorumque, quibus Academiae ciuium consulere saluti voluerim, laborum dabo rationem. Destinatum *publicis praelectionibus Introductionem in Libros N. T.* reiteraturus, ΜΑΤΤΗΑΕΥΜ ea, qua coepi ratione, explicare continuabo. *Priuata* autem *opera Theologiam Moralem* exponam, anni spatio absoluendam, *Dogmaticam* vero, ad ductum BAYERI, *examinando disputandoque*, si libet, tractabo, *exercitationes* quoque *homilieticas* redintegraturus. *Disputationes* denique *publicas*, superiore anno coeptas, ad explicandam et vindicandam *Apol. August. Confess.* strenuo continuabimus, modo non desit, vt plerumque solet, eorum, qui *respondentium* suscipere prouinciam voluerint, industria. Quas quidem, ne sumptibus deterreantur disputantes, ad omnes transmitters non possumus *Academiae Proceres*, sed ad ordinem saltem Theologorum, et *sacri Ministerii Collegas* aequae, ac *Respondentis* cuiusque *Patronos* et  
Prae-

## XVI

*Praeceptores*; publice tamen semper, tempore locoque consueto, significabimus, grataque venerabimur mente, si quis *ex quocunque eruditorum ordine*, sua, ludos nostros gymnicos, ornare praesentia voluerit, et disputantium exercere ingenia. Quo si quis dignari nos honore serio desiderauerit; breuem nostram *Commentationem*, vel a nobis, vel a typographo, paruo impetrare pretio poterit, vel ex ipso, de quo disputamus *Apol. Art.*, sua desumendi argumenta, copiam habebit atque libertatem. His, quo *Vestris Commilitones dilecti*, commodis et vtilitati seruiamus ex voto, diuinae implorabimus gratiae auxilium, quod felices, his quoque laboribus, dabit successus. P. P. Dom. Iubil. M DCC LII.

L I P S I A E


EX OFFICINA LANGENHEMIANA.




ad 28

00 A 6416

R





4

7

4

DE

APPLICATIONE

HOMILETICA

AD

SIGNIFICANDAS

PRAELECTIONES ACADEMICAS

DISSERIT

D. IOANNES FRIDERICVS

BAHRDT

SS. TH. PROF. PVB. EXTR. CONSIST. REGII ASSESSOR

ET AD AEDDEM ST. PETRI ECCLESIAST. R